

P. S. Tør ieg bede Herr Archiat. kjøbe mig acta Upsal. og at tilmelde mig, huor de befale Pengene udbetalte for samme enten i Upsala eller andensteds, da de strax skal være følgagtige.

(65) Illustrissimo, Nobilissimo Equiti a Linné
salutem plurimam O. F. Müller

Litteræ gratissimæ, quas mihi 12 Oct: scribere dignabar, veniam tecum communicandi stirpes æque ignotas ac mihi dubias obtulere; mitto hinc quasdam¹⁾, quarum nomina ac determinationes secundum numeros adpositos e benevolentia Tua exspecto. Algarum quædam Adriatici, quædam maris Balthici sunt. His testacea fluviatilia et terrestria jungo²⁾, quorum, quæ Tibi nova videntur, loca natalia indicabo. Deliciarum, quantas mihi opera et operibus Tuis fecisti, tantillam partem referre, gaudio exsulto.

Dissertatiunculæ hic junctæ Te doceant, quæ sint Bassia et Lindernia Allionii ac Taurinensia mea Insecta.

Enumerationem Floræ Danicæ & Fridricsdal. noviciarum, quas post reditum in patriam inveni, addo; augment. & emendationem hanc, quæso, meæ Floræ jungas.

Novam Systematis editionem videre nondum contigit, exspectatur tamen.

Polypodium 841, f. 2 Flor. Fridericsd. an cristatum.

Nomina vegetabilium ac Sententiam Tuam de testaceis meis magnopere exopto; respondeas quam primum etiam atque etiam precor.

Hafniæ die 21 Novembr. 1767. Vale meque Tuum crede.

à Monsieur Monsieur de Linné, Chevalier, Professeur
en Médecine & Botanique, Membre de plusieurs Academies
& Societes litteraires à Upsala
avec un paquet marqué C. de L.

¹⁾ I Brevet laae et Octavblad med en Liste paa 21 Arter Planter.

²⁾ Paa selve Brevets Fod gives en Liste over 13 svenske Conchylier, som M. udbeder sig af Linné.